Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

prediceuerit. Crisostomus. Vel predixit quidem quando flagella patiebantur. non autem quod mors eorum reputaretur ut dei cultura quod maxime poterat eos attonitos facere. Vel quia illic ea que a gentibus debebant pati dixit. hic autem et iudaycam adiecit. Crisostomus.

Et nunc vado ad eum qui me misit. et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed quia hec locutus sum vobis: tristicia implevit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis:

Quia discipulos non dum perfectos tristicia impugnabat: eos dominus increpando dirigit dicens. Et nunc vado ad eum qui me misit: et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Audientes enim quando qui interficiet vos opinabitur se obsequium prestare deo. ita ceciderunt ut nec ei loquerentur. et ideo subditur. Sed quia hec locutus sum vobis tristicia implevit cor vestrum. Compunctio autem et hec mitigatio: sciebat eos quando sciuit dominus tristicie eorum superhabundantiam et per desertionem eius et per mala que didicerant se passuros. et nesciebant si possent viriliter ferre. Augustinus. Vel quia superius interrogaverunt eum quo esset iturus. et respondit eis eum se iturum quo ipsi tunc venire non possent: nunc ita se promittit iturum ut nullus eorum quo vadat interroget. Et

expedit vobis ut ego vadam. Si enim non abiero: paraclitus non veniet ad vos. Si autem abiero: mittam eum ad vos. Et cum venerit ille arguet mundum de peccato. de iusticia. et de iudicio. De peccato quidem

hoc est quod dicit. Et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Euntem enim in celum non ubi quesierunt: sed oculis deduxerunt. Videbat autem dominus quid sua verba in eorum cordibus agerent. Spiritualem quippe non dum intus habentes consolationem. quam per spiritum sanctum fuerant habituri: id quod exterius in Christo videbant amittere metuebant. et quia se amissuros esse illo nunciante dubitare non poterant: contristabatur humanus affectus. quia carnalis desolabatur aspectus. Unde sequitur. Sed quia hec loquutus sum vobis: tristicia implevit cor vestrum. Sciebat autem ille quid eis potius expediret. quia visus interior ipse est melior quo eos consolaturus erat spiritus sanctus. Unde subdit. Sed ego veritatem dico vobis expedit vobis ut ego vadam. Crisostomus. Quasi dicat. Et si innumeri contristemini: oportet vos audire quoniam me recedere vobis confert. Quid autem